

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Augustini in euangelium secundum Iohannem sermones  
CXXIIII - Cod. Aug. perg. 47**

**Augustinus, Aurelius**

**[Reichenau ?], [14. Jh.]**

Sermo LXIIII

[urn:nbn:de:bsz:31-64194](#)

est in eo; ipsa est enim clarificatio filii hominis. & dicitur clarificatur in eo;  
Si enim non ipse in se ipso, sed deus in illo clarificatur, tunc illum deus in se  
clarificat. Denique tamquam ista exponens adiungit & dicit: Si deus clarifi-  
catus est in eo & deus clarificavit eum in semetipso: hoc est si deus clarificatus  
est in eo. quia non uenit facere uoluntatem suam sed uoluntatem eius  
qui misit eum. & deus clarificavit eum in semetipso. ut natura humana in  
qua est filius hominis. quae auerbo aeterno suscepta est. & iam in mortali  
aeternitate donatur, & continuo inquit clarificavit eum. Resurrectio  
nem scilicet suam non sicut nostram in fine saeculi sed continuo futuram  
hac adestatione praedicens; ipsa est enim clarificatio de qua euangelis  
ta iam dixerat quod paulo ante commemorauit: Quia propterea nondum  
erat sp̄s datus. illostriq; nouo modo in eis quibus fuerat eomodo post re-  
surrectionem credentibus dandus. quia ih̄s nondum erat clarificatus.  
id est nondum fuerat mortalitas in mortalitate uestita; potest & de  
ista clarificatione dictum uideri. nunc clarificatus est filius hominis. ut  
quod ait nunc. non ad inminentem passionem sed ad uicinam resurrec-  
tionem pertinet credatur. tamquam fuerit factum quod erat tam pro  
xime iam futurum; hodie dilectioni uestre ista sufficerint; cum donauit  
deus: de consequentibus dissememus.

**INCIPIT SERMO LXIII DEO QUOD DICIT FILIOLI AD HUC MODI**  
**CUM UOBIS CUM SUM, QUAERIT IS MEE ET SIC UEDIXI IUDICIS**  
**QUO ECQUADOUOS NON POTEST IS UENIRE ET UOBIS DICOMODO.**

**A**d uertenda est carissimi dominicorum uerborum ordinata conexio;  
Cum enim superius dixisse & postea quam iudicis egressus est. & ab illi  
scorū & iam corporali conuersatione se iunctus est. Nunc clarificatus  
filius hominis & deus clarificatus est in eo: quod siue futurum regnum sig-  
nificans dixit quando mali separabuntur ab omnīs. siue quod eius resurrectio  
tunc futura esset. id est differenda non esset sicut in fine saecula nostra dif-  
fertur. ac deinde addidisse & id est clarificatus est in eo & deus clarificavit eum  
in semetipso & continuo clarificavit eum—quod sine ulla ambiguitate de  
sua resurrectione continuo futura testatus est. adiecit & ait; filioli adhuc  
modicum uobiscum sum; ne putarent ergo quod siveum clarificatus es  
& deus. ut non eis coniungeretur ulterius ea conuersatione qua in terra est.  
Adhuc modicum inquit uobiscum sum. tamquam diceret; Continuo quidē  
resurrectione clarificabor. Non tamen continuo ascensurus in celum.  
sed adhuc modicum uobiscum sum; sicut enim scriptum est in actibus apostolorum.  
fecit cum eis post resurrectionem XL dies intrans & exiens.

manducans & bibens. non quidem habens esuriendi ac sitiendi eges-  
tatem. sed usq. ad ista carnis insinuans ueritatem. quae cibandi ac potan-  
di iam non habebat necessitatem sed potestatem; hos ergo quadragin-  
tadie significauit dicendo. adhuc modicum uobiscum sum. An aliquid  
aliud; potest enim & sic intellegi. adhuc modicum uobiscum sum. Ad huc  
sicut uos in hac infirmitate carnis & iam ipse sum donec scilicet moreretur  
atq. resurgeret. quia postea quam resurrexit. cum illis quidem fuit dieb;  
ut dictum est quadraginta exhibitione corporalis praesentiae. sed non cu[m]  
illis fuit consortio infirmitatis humanae; est & alia diuina praesentia sensi  
bus signata mortalibus. de qua item dicit. Ecce ego uobiscum sum usq. ad con-  
summationem saeculi; hoc certe non est adhuc modicum uobiscum sum;  
Non enim modicum est usq. ad consummationem saeculi; aut si hoc modicum  
est. uolat enim a&s. & in oculis dī mille anni sicut dies unus. aut sicut uigilie  
innocē. non tamen hoc significare uoluisse credendus est nunc. quando  
quidem secutus adiunxit. Quaeritis me & sicut dixi iudeis. quo ego uado.  
uos non potestis uenire; utiq. post hoc modicum quod uobiscum sum;  
quaeritis me & quo ego uado. uos non potestis uenire; numquid post con-  
summationem saeculi. quo ipse uadit. uenire non poterunt. & ubi est quod  
aliquando post in hoc ipso sermone dicturus est. pater uolo ut ubi ego suū.  
& ipsi sint mecum. non ergo de illa sua cum suis praesentia qua. cum illis  
est usq. ad consummationem saeculi. nunc loquitus est ubi ait. adhuc  
modicum uobiscum sum. sed uel de infirmitate mortali qua cum illis fu-  
turus erat usq. ad ascensionem suam; quod libet horum quis eligat. cum  
fide non litigat; ne cui autem uideatur abhorre. iste sensus auero. quo  
dicimus dñm mortalis carnis communionem in qua cum discipulis usq.  
ad passionem fuit. significare potuisse dicendo. adhuc modicum uobiscum  
sum. Apud alium quoq. euangelistam post resurrectionem uerba eius  
attendant. ubi ait. haec loquitur sum uobis. cum adhuc essem uobiscum;  
quasi tunc non erat cum ipso simul adstantibus. uidentibus tangentibus  
conloquentibus. Quid est ergo. cum adhuc essem uobiscum. nisi cum ad-  
huc essem in carne mortali. in qua es tu & uos. Tunc enim in eadem carne  
quidem resuscitatus erat. sed cum illis in eadem mortalitate iam non erat;  
qua propter sicut ibi iam in mortalitate carnis induitus ueraciter ait;  
cum adhuc essem uobiscum. ubi nihil aliud intellegere possumus. nisi  
cum adhuc essem in carnis mortalitate uobiscum. ita & hic non absurdum  
de dixisse intelligitur. adhuc modicum uobiscum sum. tamquam diceret.

ad hoc modicum sicut uos estis mortalissum ego; ergo sequentia videamus; quaeritas me & sicut dixi iudeis quo ego uado uos non potestis uenire; & uobis dico modo hoc est modo non potestis; iudeis autem cum hoc diceras non addidit modo; isti itaq. uenire non poterant tunc quo ille ibat sed poterant postea; nam hoc apostolo p&ro apertissime paulo post ait. Cum enim dixisse ille domine quo uadis respondit ei; quo ego uado non poteris me modo sequi. sequeris autem postea. sed hoc quid sit non neglegenter est pra&ereundum; quo enim sequi tunc non poterant discipuli domini. sed poterant si dixerimus ad mortem homini nato quod inuenitur tempus quo ad moriendum non sit idoneus quandoquidem talis est incorpore corruptibili hominum sors ut non sit in ea facilior uita quam mors non igitur ad huc minus idonei erant se quid domini ad mortem sed minus idonei erant sequi domini ad uitam quae non habet mortem; illo quippe ibat dominus ut surgens a mortuis iam non moreretur & mors ei ultra nondominaretur; moriturum quippe dominum pro iustitia quomodo iam fuerant secuturi adhuc martyrio non martyris facti ut murum dominum ad immortalitatem carnis quomodo iam fuerant secuturi quando libet morituri sed in saeculi fine resurrecti aut iterum dominum ad sinum patris nec relictum eos unde nec recessit cum uenisset adeos quomodo iam fuerant secuturi cum esse nemopossit in illa felicitate nisi perfectus in caritate ideoq. docens quomodo idonei esse possint pergere quo ille ante cedebat mandatum inquit nouum do uobis ut diligatis in uicem; his sunt gressus quibus sequitur est christus; sed de his sermo uberior in aliud tempus est differendus.

**I**N CIPIT SERMO LXV. De eo quod dicit mandatum nouum do uobis ut diligatis in uicem sicut dilexi uos ut et uos diligatis in uicem; in hoc cognoscet omnes qui me discipuli estis si dilectionem habueritis ad in uicem.

**D**omini ihesu mandatum nouum se discipulis suis dare testatur ut diligant in uicem; mandatum inquit nouum do uobis ut diligatis in uicem; nonne iam erat hoc mandatum in antiqua dilege. ubi scriptum est diliges proximum tuum tamquam te ipsum. Cur ergo nouum appellatur ad domino quod tam uerius esse conuincitur. An ideo est mandatum nouum quia exito uere induit nos hominem nouum. In nouat quippe audientem uel potius oboedientem non omnis sed ista dilectio quam dominus ut ac carnali dilectione distinguenda addidit sicut dilexi uos. Nam diligunt in uicem mariti & uxores parentes & filii. & quaecumque alii inter se homines necessitudo humana deuinxerit. ut taceamus de-